



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

205. feria 3. de Vitio Luxuriæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

362 Fer. 2. Domin. s. post Pentecost.

linquentem usque ad senectam, & ætatem  
illam venerabilem molestissimis doloribus  
& ægritudinibus agitantem, canitiemque  
reverentia dignam despicabilem efficiens.  
5. Servabo Regulas S. Ignatij de abstinentia.

Conf 3. Indicia vixæ gulæ. 1. Si vinci à  
gula, vel extremâ necessitate metuo. 2. Si  
pugnare adversus gula vitium statuo, & ut  
medicamenta alimenta sumo. 3. Si volupta-  
tem inter edendum advertens, illi contra-  
venio. 4. Si clamorem exactoris superflua  
postulantis non audio, & nego concupita-  
g. Si non sine molestia laetius aliquid, pro-  
lenienda corporis necessitate percipio. 6. Si  
me sentio dono Castitatis affectum, & à car-  
nis æstibus liberum. 7. Si in laudioribus  
convivijs scio lauditias contemnere, & ab-  
scondite earum excessum vitare, Danielis  
exemplo. *Colloquium* ad jejunantem D.  
JESVM, coram quo me accusabo de peccatis  
gulæ, si contra legem, si exquisitè, si immo-  
destè comedì; odio habebō hæc propterea  
fectus pessimos statuam oppositus abstin-  
tiæ adibus gulae profernere; gratiam ad  
hæc postulabo.

#### MEDITATIO CCCV.

Feria 3. Domin. s. post Pentecost.

*De Virtute Luxurie.*

Conch.

coſt.

ætatem  
doribus  
iēmque  
ientem  
inentia  
vinci à  
o. 2. Si  
o, & ut  
olupta-  
contra-  
periſſua  
cupita-  
uid, pro  
o. 6. Si  
k à car-  
ioribus  
& ab-  
Danielis  
em D.  
peccatis  
immo-  
ptereſ-  
ſinen-  
jam ad

ecost.  
Concl-

Fer. 3. Domin. 5. poſt Pentecost. 363

C Oncipiam velut nebulam pestiferam  
vitium Luxuriæ, de quo ait D. Hieron.  
*Amor forma rationis oblivio est, infania pre-  
simus.* Petam illud effugere.

*Conf. 1.* Luxuriam esse appetitum incor-  
dinatum impuræ, ac libidinosæ voluptatis,  
prohibitæ. Exod. 20. 1. ad Cor 6. species  
eius notæ sunt; ejus verò, quæ latens est,  
quæque reliquias tantum habet luxuriæ.  
1. Gradus est, cogitationes libidinosas re-  
missè, & oscitanter abijcere. 2. Inverecunda  
in proprio corpore, aut aliqua ejus parte nō  
necessaria contrectatio, vel aspectus. 3. Mol-  
lis corporum tractatio, in cibis delicatis, ve-  
ritati singulari, odoribus circumferendis,  
molliores amicitiae. 4. Lectio libellorum im-  
pudicorum, epigrammatum, carminum.  
5. Intimæ familiaritates cum altero sexu,  
initio quidem bono prætextu, aut certè non  
aperte malo, ne dicatur aliquis agrestis, &  
nimis scrupulosus, solitarius, ac melancho-  
licus. Ex quibus proveniunt prolixæ con-  
fabulationes, oculi, & aures fornicantur,  
aut saltē manent cogitationes, quæ cor  
succendent igne pravæ concupiscentiæ. Poſt  
hæc sequuntur male dulces querelæ, lon-  
gam absentiam dolentes, sequuntur munu-  
scula: hæc erunt pignora diabolicæ confi-  
dentia, & captivitatis.

Q 2.

Conf.

364 Feria 3. Domin. s. post Pentecos.

**C**ons. 2. Remedia hujus vitij esse: 1. De-  
restandam esse luxuriam, quæ animam fo-  
dat, & corpus humanum, templum spiritu-  
sancti profanat, & in lupanar convertit. 2.  
**O**mnia initia luxuriæ vitanda: nemo enim  
poterit inter occasiones, & aspectus lasciviz,  
& inter delicias carnis, animæ puritatem ob-  
tinere. 3. Primis cogitationibus impuris ob-  
sistendum, & nō aliter hæ exutiendæ, quam  
scintilla in materiam ignis capacem injecta.  
4. Excludendæ malæ cogitationes, occu-  
pando cor perpetuò in bonis cogitationi-  
bus, quia libido est *animi vacantis passio*. Au-  
t. op. imp. Hom. 40. 5. Sensus inter-  
nuntij turpitudinis refrenandi: Mors enim  
ascendit per fenestras. 6. Corporis afflictio  
& castigatio diligenda in abstinentia, so-  
brietate, vestium asperitate, in sustinendo  
liquo dolore. 7. In studium orationis in-  
cumbendum, qua non tantum auxilium  
contra luxuriam petatur, sed magis affectus  
divini amoris exerceatur: nihil est, quod cu-  
hoc remedio conferri possit, ad luxuriæ  
ardorem restinguendum.

**C**ons. 3. Indicia victæ luxuriæ esse: 1. Si  
simulos carnis sine culpa patiens de ipso-  
rum importunitate doleam. 2. Si eisdem  
quotidie remitti, ac debilitari experiar. 3. Si  
impuras cogitationes facile vincam, aut re-

*spuam.*

Feria 3. Domin. 5. post Pentecost. 369

spuam. 4. Si castitatem amem, zelem, & in  
nullo laedi permittam. 5. Si sensuum por-  
tas, tactum, & visum custodiam, 6. Non tan-  
tum alia corpora, sed memet ipsum erube-  
scam. 7. Si circumspectus sim in hac parte,  
& me infirmum agnoscens, etiam minimam  
turpitudinis occasionem fugiam. Accusabo  
me coram Domino JESV, puritatis aman-  
tissimo, de imperfectionibus in hac parte  
commissis: Abominabor haec peccata, pro-  
pter dictos effectus, statuam sensus cohi-  
bere, cogitationem frenare, corpus affli-  
gere, minus puras familiaritates vitare,  
principio tentationis obstatere, ab omni im-  
puritate continere. Petam hoc magnum  
Dei donum.

#### MEDITATIO CCVI.

Feria 4. Domin. 5. post Pentecost.

#### De vito Avaricie.

Ponam mihi oculos sub imagine hy-  
dropici inordinatum habendi appetitū.  
Petam eum agnoscerē, & vitare.

Conf. I. Avaritiam esse immoderatum  
appetitum acquirendi, vel retinendi bona  
temporalia; qui non est in eo, qui quantum,  
& quando, & quomodo oportet, velut ali-  
quid temporale juxta necessitatem naturae,  
vel statū sui; sed in eo, qui dissentiens recte

Q 3 ratione